



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 4. Studiorum cursus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

IV.
Studiorum
cursus.

Hist. lib. 45.
n. 19.

Diss. 3. n. 2.

Hist. lib. 20.
n. 23.

Videamus modo, qualia fuerint illa studia, quæ tanto ardore suscepta sunt, & an crescente discentium docentiumque numero perfectionis apicem attigerint. Haud dubie hæc eorum erat intentio. Sed temporis infelicitas obstabat. Bonorum gustus studiorum erat perditus, & nondum sublatuſ error doctorum saeculi noni, qui, dum volebant omne litterarum genus amplecti, accurate nihil percipiebant. Pro certo sumebatur semper, admittendum ad lectio-nes Theologicas debere instructum esse artibus liberalibus, nimirum faltem grammatica, rhetorica, logica, ac cæteris philosophiæ partibus: & inde ad nos venit certus iste, qui etiamnum durat, studiorum cursus. Consilium erat optimum, si executioni dari potuisset: sed vita hominum est nimium brevis, quam ut quamlibet earum artium perscrutentur, ut sperrabatur, & tum demum scientiis superioribus fese impendant. Quodsi ponamus etiam felici cuidam inge-nio id bene posse succedere, non ta-men

tamen omnibus esset suadendum; præterea vera scientia Ecclesiastica omnibus his præludiis non habet opus. Antiquitas ne in Episcopis qui-
dem ipfis ea exigebat: & S. Augu-
stini nominat illorum aliquem ex sua
vicinia, quem, et si litteras humanas
non didicisset, Theologum tamen cen-
sebat adeo bonum, ut ad eum mitte-
ret Proculejum Donatistam, quem in
ruborem daret. Nempe probus iste
Pontifex sat doctus erat per conti-
nuam Sacri Codicis meditationem,
ac lectionem Authorum Ecclesiasti-
corum, qui sermone latino (hic ei pa-
trius erat) scriperant. Litteris le-
viter tintus videtur scire, quæ ne-
scit, quod infra ignorantiam est.

Grammatica secundum ideam
Græcorum ac Romanorum, a quibus
eam accepimus, & secundum rectum
judicium debebat esse studium no-
stræ linguæ patriæ, ut ea emendate
loquamur, & scribamus. At non
hunc in modum grammatica nostris
in scholis discebatur. Tantum ab-
erat, ut linguis vernaculis applicare-
tur,

V.

Grammatica.